



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, [1659 erschienen] 1660

November.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42032

... Orob
... illum
... am men-
... sed tunc
... LFGAN-
... ipse vo-
... o templo
... trisvates
... suum
... ista Re-
... selos sem-
... diem va-

NOVEMBER.



F. OMNIUM SANCTORVM.

1. Novembris.

In nuce Iliadem, in pagella, inquam, omnes San-
ctos tenes. Caterum quæ festo huic die origo
fuerit, lubet denarrare. Et principio id constat,
NO. 24 cum

eum Deos jam Romani plures ferè quàm homines numerarent, fanum exædificasse, in quibus Deorum Dearumque grex stabularetur, & hoc ipsum ex re Pantheon dixisse. At anno, postquam Dii omnes uni cessere DEO, anno supra sexcentesimo, Bonifacius IV. PP. vacuum à demonibus locum lustrare aggressus, rectius hanc VIRGINIS MATER & Divis Martyribus sacrum voluit esse. In eam rem XXVIII. Divorum ossibus onustos currus cum triumpho, quàm potuit splendidissimo, induxit, simul ut ille ipse dies festus Romæ sanctusque esset, imperavit. Idem postea sub annum Christianum octingentesimum trigesimum quintum Greg. IV. per Occidentem sanxit, eam potissimum ob causam, ut quando, tum ob numerum innumerum, tum quòd viro- rum sanctorum pars longè maxima celo, non item terris nota est, non potest Ecclesia singulis diem donare, certè omnes uno die veneretur. Atque hæc sunt diei hujus festa exordia. Tu, si sapi- pis, numerum auge Beatorum. Nam ex omnibus Divis nisi tu etiam aliquando unus es, heu! nullus es. Ex Baron. & Mart. Rom.

Veneremur Sanctos, quibus traditum est trium- phale regnum, judiciaria sedes, Angelorum confortium, corporum immortalitas, beata visio, Christi conformitas, stellarum claritas, secunda mansio gra- ta societas, jucunda fruitio, & divini luminis sempiterna comprehensio. S. Laurent. Iustin. serm. de Omn. SS.

S. CÆSARIUS MART. 1. Novembrii.

Pæferebat jam penè ipsi Romæ sese urbs Anxur, quòd quem semel illa omni ævo Cur- rium

tium ostentarat, ipsa quotannis exhiberet Italiae. Nimirum vidisses Kalendis Ianuariis lectissimum quemque è juventute equo & armis conspicuum pro salute Reipul. è sublimi monte in undas ire precipitem, eoque facto nomen apud cives patris patriæ promereri. Et verò sceleris hujus irritamenta scelera erant alia, quæ sex aut octo totos menses inter omnem luxum & petulantiam impune piaculares ejuscemodi hostiæ perpetrabant. Enimverò cum ei spectaculo interesset CÆSARIUS ex Africâ redux, palam facti atrocitatem verbis castigavit. *Insaniam esse, urbem, ne olim pereat, in flore suo facere perire, & ut serventur cives mali, optimum quemque ex his occidere. quid hoc aliud esse, nisi orco victimas sceleribus saginare, & sceleribus velle Superos demereri?* At non ita sentire dux superstitionis Firminus, cujus impulsu Leontius vir, consularis triduanâ fame *TEXÆUM CÆSARIUM* ante currum ad Apollinis templum egit, nudum illum, sed paratissimum sic ad luctam. Et victum se factus est Apollo precibus Divi, cum templo & sacrificulo Firmino in terram dejectus sepultusque. Sed & Leontius post annum carcerem & inedian athleta Christi succubuit, priorque CÆSARIO pro fide mortuus est, qui demum culeo insitus cum Sacerdote Iuliano in mare demersus est (ut ipse piè jactabat) & natus cælo & denatus. Certè haud paulò rectius pro patriâ mori Iuventam docuit.

Ex Lippeloo.
Quid tibi cum carne & sanguine, qui divinam in te gestas imaginem? quid tibi cum mundo & vitis, qui ad hoc conditus es, ut calum conscendas, atque cum Angelicis Spiritibus beatâ Dei visionem? S. Laur. Justin. de Cont. mundi. c. 21.

COMMEMORATIO FIDELIVM
DEFVNCTORVM. 2. Novembris.

Pietas lacrymas, Mariane, oculis tuis objicimus, ut his oratoribus tibi exprimamus veras, & quibus opem non fictæ calamitati feras, nec jam pictos extinguas ignes. Id porro quam merito facias, ex annalibus D. Dominici discere. Numeravit hic inter alumnos suos duos præ cæteris pietati deditos, Bertrandum alterum, alterum Benedictum. Ille pro peccantibus, hic pro luentibus in flammâ præculari peccata multum sollicitus; preces ac sacrificia quisque in suos congerenda credebatur. Et pugnabat Benedictus magnis rationum momentis, & ajebat, illos, si modò velint, rebus suis abundè posse consulere, ore suo orare, manu suâ avertere iram Numinis posse; hos verò, ut quis manu carerent, utique auxiliari alterius egere. Contra contendebat Bertrandus tam hos salutis, quam alteros illos, nisi à præcipitio abducerentur, interitus certos esse, itaque gravius periclitantibus succurrendum. Et perstitisset in hæc sententiâ, nisi ex purganti igne anima una omnium legatione functa, terrore suo sub noctem insequentem, patrocinium suum & sociarum ita persuasisset, ut jam nemo alius pro his ad aram frequentius Bertrando oraret. Et profectò si sapiamus, vicina incendia, & nobis quoque jam jam impendentia, communi operâ sopimus, hoc est, cilicio apprimimus, precibus avertimus, flagris fugamus, gemitibus diffilamus, oculorumque umbre extinguimus vindices ignes. Quin quisquis fila manu tenet, & globos *Virgini* sacros, tenere te funem pu-

quo ex inferno carcere ascendere hodie ad cæ-
lam animas facias.

O fratres mei, qui modo modicam febrem, vel
modicum quemcumque dolorem non potestis pari-
cipia, facietis, quantum dolebitis, quantum plora-
bitis illo incendio inflammati, & totaliter à pœnis
descripti? S. Bonav. serm. I. de S. Laur.

S. EVSTOCHIVM V. 2. Novembriæ.

Vitæ EVSTOCHIVM nobilissimæ & D. Hierony-
mo laudatissimæ matronæ filia, ejusdemque
virutis ex asse heres. Degebat illa sub patruî Hy-
metii tutelâ, certa nulli nisi Agno nubere, eamque
ob rem animi potius mundo, quàm corporis stu-
dens, & hoc pulchrior, quò negligentior fuit. As-
picietius alta omnia animo volvens, ut quàm
pulcherrimè posset ornatam virginem ad nuptias
nobilissimis juvenibus venditaret, eam curam
conjugi Prætextatæ demandat. Hæc igitur Ev-
stochio vestes induere, ad elegantiam sæculi
factas, faciem fuce tingere, frontem & aures
gemmis pingere, crines ferro & igne fingere, de-
que totam ad lascivam venustatem componere.
sed in tam pulchrâ EVSTOCHIO nihil jam celo
lacuit, præter lacrymas, quibus naufragium ti-
dens virginitas quotidie innatabat. Periclitanti
somen succurrit Angelus bonus, & in somnis ad-
prætextatam, Nimirû, ait, egregia cognati sangui-
nis lena, mundo conciliabis Dno desponsam? DEVM
quodas generum habere, terre filium quaris? ex
virginis palæstrâ Veneris facies! ex oculis Cu-
cipulas servis? ex capillis laqueos noctis
manibus? At non impune hæc facies, iam enim

ut abstinere à lenociniis manus discant, arefcet manus: jam domum Christus EVSTOCHIVM, te orcus ducet: si porrò neptem DEO invides, certè morti conjugem liberosq; ne non eripies. Atque hæc omnia evenisse ordine Hieron. affirmat, ô Superi! quid ad nostræ elegantiam ætatis dicetis; quando puellæ viros induunt, & (quod turpius longè est) calami-strati viri (phui) in puellas degenerant? S. Hieron.

Conditor Angelorum dum in præsepio vagiens revolutus, non ostro, sed vilibus legitur panniculis involutus. Erubescat ergo terrena superbia & arrogantia redempti hominis, ubi erumpentibus radiis exorti coruscet humilitas Redemptoris. S. Pet. Dam. l. 6. Epist. 14.

S. WENEFRIDA V. M. 3. Novembris.

WENEFRIDAM nobile è Britannia Nympham CHRISTO Benvocus vir famâ sanctimonie id ætatis longè maximâ despõdit. Nec abnuebant parentes in tam amplas spes filiam dare; sed obstabat Cadocus regis Alani filius, ausus castissimam & cælo datam fidem tentare, cum sola virgo domi ageret. Illa verecundata aliquamdiu tam inornatam se deprehensam, in cubiculum abiit velut mundana inde muliebrem petitura, reverà ad asylon (templum) properatura. At Amor tam magnus tyrannus quàm parvus puer pingitur, alas Cadoco insequenti suas præbuit. Hic prehensam virginem & reluctantem ense obruncat. Et ecce & virtutis & sceleris præmia. Ad sanguinis fontem fons alter aquæ limpi-tissimus exsiliit, sualq; undas ita etiam hodie sociat, ut tamen ripam sanguine castissimo pictam nunquam abluat, musculque

scusque odorem virtutis semper spiret. Porro Ben-
 vocus Martyris caput ad latronem asportavit, ut
 in eo velut speculo facinus suum & videret &
 fleret. Cæcum morti in eo loco devovit, & WE-
 NEFRIDAM, juncto cum corpusculo capite, vitæ
 reddidit. Et Cadoci quidem ajunt etiam corpus
 disparuisse, (Orco nimirum cum animâ tumulan-
 dum) WENEFRIDAM verò in virtute tam doctam
 virginibus cæteris Witheriaci magistram datam
 fuisse; illic miris multis illustrem ultimò concu-
 biâ nocte ab ipso Christo sponso ad nuptias evo-
 catam abiisse. Ad has quid nî Mariani etiam vos
 itis? Ite, & si vox virgo vobis est, Hymenæum
 (licet) canite. *Ex Surio.*

*Quid sit mundana dignitas & honor, apparet in
 pulvere; potestas & gloria cognoscitur in cinere; la-
 scivia autem incontinentium & petulantia demer-
 gentur in barathri carcere. S. Laur. Iust. ligni vi-
 tr. c. 5.*

S. MILVSE P. MART. 4. Novembrii.

MILVS Persa cogitabat stipendia sub rege fa-
 cere. Sed cælum sibi auctoratum ad sua signa
 compulit, postquam horrido viso objecto, ostendit
 quàm malè ad tyrannum mundum fugitivi
 homines à DEO transiremus, et si tot stigmatibus,
 quot beneficiis ab hoc notati. Nec diu Christo
 militavit, cum Pont. inauguratus ordines inter
 Christianos cœpit ducere. Sed non tam multæ
 gravesque illi cum hoste, quàm cum domesticis
 pugnæ fuerunt: quamvis quæ pastorem noluerunt,
 perierunt deinde oves, urbe & vitâ amissâ; quod
 ipsum bonâ fide illis, sed non sine lacrymis MILVS
 vati-

vaticinatus est. Alteri etiam Episcopo impendentem è caelo vindictam prædixit; cumque ille non audiret, verborum tonitrua fulmen excepit, & surdas aures correxit. Virum principem gravi ægritudine decumbentem, admotis non manibus, sed precibus absens curavit. His atque aliis adduxit longè plurimos, in Christi leges ut jurarent; sed non regem etiam, qui multis suppliciis excruciatum MILVM ferro devovit, & carnificis munus cum fratre divisit. Hos quoque semianimis Divus appropierantem Nemesin jussit cavere. Nec nisi diem hæc absuit. Postridie enim, dum ambo cervum fugientem jaculo insequuntur, ambo exerant, sed mutuis se vulneribus fratres conficiunt. I, feram cæli vindictam memora, quando cervo & jaculo ocyor venit. *Ex Menais.*

Quidquid aliis accidit, tibi accidere potest: quia homo es: homo de humo, limus de limo, terra es, & de terrâ vivis, & in terram reverteris, quando veniet dies ultima, qua subitò veniet, & forsitan hodie erit. S. Bern. in Medit.

S. CAROLVS BORROMÆVS.

4. Novembris.

ERubescit, puto, ad CAROLI purpuram omnes purpurati. Reditus Ecclesiasticos, nec ab illustriſſimo parente aliter quàm in pauperum usus verti patiebatur. Galero & infulâ insignis Parochorum vitam ipse inspicere, ipse morbidas oculos curare, ipse pro suggestu his acclamare, ipse Sacramentis pascere. Quid hæc illi animarum pastores, qui suam nunquam numerant, qui neque poverunt gregem? Atqui ille, quæ diximus, tunc fecit.

fecit, cum provinciam dira lues famelique populararetur, quando, ut Christum operiret, parietes calcis, se lectulo etiam nudavit. Pestem supplicationibus avertit ad DD. pulvinaria instituit, in quibus ipse nudus pedes, funeque in collum injecto, crucem prætulit, & in hac clavum ex illis unum, è quo nobilissimum olim anathema Servator pependit. Porro auctoritati Ecclesie vitam posthabuit; & suam purpuram suo iterum sanguine pinxisset, nisi globus Divum iussus ferire à tergo ad pedes delapsus esset. Puer, cum alii ludos, ipse VIRGINI templa obibat. Præter Horas Canonicas, etiam Marianas quotidie dixit, & dici domesticis voluit. Sub MARIE nomine collegium adolescentulis nobilibus extruxit. MARIE statuam ante omnium templorum portas posuit. Hujus icone armari omnes milites suos voluit, forti utique clypeo. Mitto cætera, hoc addo: alios purpura, CAROLVS purpuram ornavit. *Ex vita.*

O si considerarem, quis sit Deus iste, qui nos dignatur aspicere, cui tam gratum est, quidquid pro salute animarum sit, quam avidè & promptè curreremus omnes, dicentes, Domine. Ecce ego, mitto me! S. Car. Borrom. Concion. 4. in Syn. xi. habitâ,

S. IOANNICIVS C. 4. Novembris.

Quid aula confers, si sanctiùs in caulâ viximus? Dum gregem pascit, ovis est IOANNICIVS; dum eVectus à fortunâ latus jam Isauricæ Leonis stipat, in lupum abit, & rabiosâ hæresi correptus tristè terris & cælo ululat. Exi, ah! aulâ, exi, IOANNICI, si exire errore gestis. Audit talia monentem Anachoretam: sequitur vocem, ab aulâ.

aulæ frequentia ad silvæ solitudinem invitarem, jamque inter aulicas larvas etiam hæresin abjicit. Agnoverunt itaque iterum & amarunt IOANNICIVM suum Superi, cumque invidia illi venenum misceret, fraudem detexerunt. Ille preces veteres frequentavit: *Spes mea Deus Pater, asylon Christus, sanctum Spiritus est.* Certè unica crux & panoplia & panchrestum IOANNICIO fuit. Hâc ille cum gregem suum circumscripsit ad preces abiturus, nihil unquam ex illo desiderabat; hâc morbos pellebat, serpentes exarmabat, rumpebat vincula, medios hostium cuneos penetrabat, ipsos malos dæmones fugabat. Ipse tamen fugere non erubuit, cum in impuras cogitationes pugnandum fuit. Quin, cum è virgine sacrâ has procripsisset, sed iisdem se obsessum animadverteret, ita ab his abhorruit; ut non dubitaret rectâ ad draconem tendere, prædamque se illi (si Numini placuisset) devorandam objicere. Et profectò, si sapit juvenis, non ita ad flammantes draconis oculos, non fibilos iratos, & dentatos rictus, uti ad aspectus Veneris molles, ad verba mellea & arridentis oscula exhorrescet. *Ex Metaphr.*

Luxuriam mortem anima ille evadere poterit, qui ipsius occasiones fugit, principis tentationis resistit, carnis desideria frangit, corporis abhorret otium, corporis resolutionem recogitat, & præcipue cordis humilitatem possidere conatur. S. Laurent. Iustin. lib. 1. de Spirit. interitu animæ.

S. EMERICVS CONF. 4. Novembris.

Pater EMERICO D. Stephanus fuit Vngariæ rex. Matrem in terris Giselam, D. Henrici Imperatoris sororem, in cœlis MARIAM salutavit.

cui natum unicè semper pater commendaverat. A tantis parentibus minimè degener EMERICVS, non dies modò, sed quas iuventus somno aut voluptatibus, hoc est, somniis, dare amat noctes precibus pius vigil transcripsit, non priùs ab aurore deprehensus, quàm omnia Vatis Iessai carmina decurrisset, & post singula intercalare osculum terræ fixisset. Oculos habuit tam puros, ut ipse animorum occulta sensa perspiceret. Nam iustus à parente salutem ferre viris DIO devotis, oscula quidem in omnes amicissima dispensavit, aliis tamen plura atque aliis tulit, non neminem etiam septies dissuaviatus. Causam deinde rogatus, oscula sua meritis singulorum respondere affirmavit, quàm plurima tulisset, eum virginem ad id ætatis annum gestare, mille etiam osculis dignum. Ipse cum vocem audisset cælo allapsam, nihil præ virginitate Superis arridere, quàm mox DEO DEIQUE MATRI florem suum dicavit. Nec sponsam priùs admisit, quàm suam & ipsa cælo despondisset. Et placuerit illi Numini, ut abstinere jam non potuerit manum, sed ex his EMERICVM beatâ morte decerpum in sua rosaria transtulerit. Eò enim ferri Eusebius Episcopus vidit. Inde tu quisquis adhuc cum vento, cum æstu, cum hieme luctaris flos virgo. Marcescis, si te cælum non carpit, & marcescentem manu scilicet VIRGO abjicit. Ex Surio.

Duo sunt amores, mundi, & Dei: si mundi amor in te habitat, non est, quâ intret amor Dei, recedat amor Mundi, & habitat Dei; melior accipiat locum. amabas mundum? noli amare mundum; cum exhaurieris cor amore terreno, hauries divinum, S. August. Tract. 2. in Epist. S. Ioan.

N Vlli æquè flores cælo arrident, ut animi virginis lilia, maximè quæ ex thalamo surgunt, hoc utique pulchriora, quo rariora. Vides hodie tamen hæc in GALATIONE & EPISTEME, quibus castissimum thalamum virginitas stravit, vercundia ornavit, mors defendit. Et GALATIONEM quidem matri sterili, si Christo adhereret, spondit Anachoreta, firmavitque pactum in somnis visus in cruce Christus. Liberata utrimque fides, & filio hereditatem parens uterque Fidem, sponsam verò EPISTEMEN reliquit formam singulari & omnibus virtutibus dotatam. Hæc cælesti ostento, necuno, instructa cum virginum beatos choros esset intuita, facillè virginitatem etiam in conjugio coluit. GALATIONE exinde inter monachos abdito, ipsa inter virgines velatas vixit, abducta que per visum cum marito in cælestia palatia, iussa que coronam sperare, etiam ad sanguinem DEO litandum animum exerit. Etenim eunte ad tribunal impium GALATIONE, pari passu virum mulier secuta, negavit rectè facere conjugem, si sine conjugè ad coronam aspiraret, quam nuper utrique cælum promississet. Et verò hanc non minùs sponsæ quàm sponso deberi. Itaque cum, ut in lecto casto, ita etiam tormentis omnibus socia esset, post corpus virgis concisum, post infixas sub unguis spinas, linguam primo & pedibus manibusque, post capite etiam sunt truncati, felicissimi conjuges & sine filiis morituri, nisi hoc, in quos omnia bona sparserant, pauperes pægerent. *Ex Metaphr.*

Beatus

Beatus, qui sacra Virginitatis hortum conclu-
sum, fontemque signatum Christo Domino invio-
labiliter consecravit. Ipse procul dubio in eterno
sponsi convivio, unà cum B. Mariâ Virgine Virgî-
nis Matre, Reginâque Virginum Agnum sequetur
quocumque ierit. S. Laurent. Iustin. de Regim. Præ-
lat. c. 8.

S. MALACHIAS EP. 5. Novembris.

Ades turba literaria, & si placet, cunctem ad
A ludum puerulum MALACHIAM comitare.
Vides ex viâ subsistentem, & passis brachiis iden-
tidem non Apollini sed Numini supplicem? O
plures sic ad scholas itarent, ut plures inde Mala-
chiæ redirent! Nunc unicum laudamus, qui Sa-
cerdotio à Musis donatus sororem è piacularibus
flammis facto sacrificio exemit, mox patriæ (Hi-
bernæ) Episcopatum tulit. Verùm uti honor artes
alit, ita invidiam provocat. Capiti MALACHIAE
plures insidias posuerunt, ut ipsius insulâ suam te-
getent caput. Sed cælum pro virtute pugnavit.
Nam dum MALACHIAS ad asylon templum con-
fugit, tempestas omnes ejus hostes fulminavit,
lacerosque eorum artus hinc inde stipitibus arbo-
rum ad cogitati parricidii infamiam suspendit.
Sed & mulier, quæ linguam in Divum armaverat,
putrescere hanc sensit, ut oris virulentam infamiam
graveolentia proderet. Alios oculorum or-
bitas, ferrum alios ignesque & demon-malus sunt
ulti. Ita omnibus periculis subductum caput in
tutas latebras Claram Vallem tulit, & ut securam
jam esset, cuculo abdidit. Morienti oculos clausit
D. Bernardus, quem quia præconem laudum etiam
suarum habere meruit, non jam Achilli Homerum
puto invidet. Ex S. Bern.

Beatus.

Beatus, qui se ab omni maculâ purum atque integrum servat, ut cum fiducia in domum suam recipiat Regem gloria; qui cum reverentiâ ac timore ad sacrosancta mysteria Servatoris accedit, seq̃ vitam aeternam suscipere non ignorat. S. Ephrem. in Beatitud.

S. ANDREAS FUNDANVS EP.

6. Novembris.

RÊtè dixit, qui dixit primum ad lapsum gradum esse, occasionem non fugere. Id si homines inficias ire velint, ecce mali dæmones ultrò fatebuntur, ANDREAS omnibus virtutibus, sed castitatis laude imprimis clarus feminam domi suæ, privatus primum, post Fundanus etiam Episcopus, habebat ipsam quoque Deo devotam. O, ut fumo semper ignis est proximus! Ibat Romam ex Campaniâ Hebræus nescio quis: deprehensus à tenebris ad Apollinis fanum divertit, & interpeffâ nocte in senatum cum regulo suo frequentes coire orci principes videt. Hic dum rem bene gestam singuli gloriantur, & alii alia facinora sibi quisque palmaria clamant; insolentior cæteris unus aliquis, & multum nequitiâ suâ superbus, jactat id tandem magno molimine se effecisse, ut ANDREAS Præful mulierculæ tergum molliter distringeret. Enimverò acclamatum ab omnibus est; & factum id multis Pluto laudavit, veluti que jam de victo ANDREA triumphus decretus est tenebrioni; Sub ea in discedentium oculos Iudæus incurrit; sed quòd aliena arma, Crucem, more Christiano objecisset, tantum risere homines, testam probè signatam, cæterà inanem dictitantes. Nempe hic rectâ ad ANDREAM, qui Hebræo Christianis & fano D. ANDREA Apost. transcripsit, dcm

domo abhinc omnes omnino mulieres proscri-
psit. Audite hæc aris devota pectora. Feminae
apud vos si exulaverint, ab exilio castitas redibit.
Ex D. Gregor.

*Ne sub eodem cum mulieribus tecto mansites, nec
in prateritis castitate considas, Nec sanctior Davi-
de, nec Samstone fortior, nec Salomone potes esse sa-
pientior; memento semper, quod a Paradisi colonata
de possessione sua mulier eiecerit. S. Hieron, Epist. 2.*

S. ENGELBERTVS EPISC. M.

7. Novembris.

CVnas, vitam, Mortem, omnia in ENGELBER-
TO præclara reperio, & digna infulâ Colo-
niensi, quam ille, uti & libertatem Ecclesiæ, etiam
contra cognatum sanguinem (audiant utinam
hæc illi, qui Christi patrimonia sua putant, & in
suos effundunt!) toto pectore propugnavit, ipsi-
que ad eam vitæ ante habuit. Neque enim alia ulla
fuit causa Friderico Isenburgensi Comiti, & pa-
trono ENGELBERTI, cur sub annum millesimum,
ducentessimum & vigesimum quintum, immis-
sariis ex itinere nepotem obruncaret, patri-
cidio tot sceleribus, quot vulneribus pleno, quæ
quadraginta & septem erant. Nec verò minus
piè, quam fortiter est mortuus ENGELBERTVS.
Nam, ut taceam VIRGINEM solemnibus omnibus
diebus Mercurii jejuniis cultam, monitus per li-
teras de infidiis, animum quidem confessione
purgavit & lacrymis expiavit, cæterum ut ne ho-
stem proderet, igni literas damnavit. Fridericum
deinde, cum jam parturiret ultimum scelus, hospi-
tio non semel cum suis excepit, neque comitem
habere viæ abhorruit, utque malus Genius ex
ore

ore alieno palam fassus est, moriens Christo Christi verbis pro hostibus suis supplicavit, facultatem ob id nactus mira (quæ innumera sunt) patrandi. Sub idem ferè tempus lunæ geminam alteram lunam cœnobita vidit gladio insignem, ne dubitaret orbis, sideribus novum sidus ENGELBERTVM additum. Ex Surio.

Optimum vindictæ genus est, culpam ignoscere, & humanitatis beneficia non negare; mala pati, & scilicidia gratia communicare. Hoc superne Deitatis opus est quæ quotidie innumerabiliter injuriis laceffitur, & sustinet; blasphematur, & non irascitur. S. Laur. Justin. de Calto connub. c. 18.

S. GODEFRIDVS EP. 8. Novembris.

Cœpit GODEFRIDVS in tempore (quinquennis utpote) ad sanctitatem inter cœnobitas con-
niti, Musis juxta & pietate succollantibus. Anno ætatis xxvi. Abbas, inde Pont. Arabianensis, mirum est quàm benignum se miseris exhibuerit, rededim quotidie de his epulo solitus excipere, ablutis suâ manu eorum pedibus; nihil utique alienum à summâ dignitate existimans, facere, quod prior Pont. Max. Christus fecisset. Et fortè benè magnum, & qui culinæ unicus superabat, piscem inde ipse asportaverat, donum leprosis stipem rogantibus. Ei rei cùm absens tunc succenseret postea œconomus, illud modò respondit GODEFRIDVS: *Etiã atque etiã videret, illène abudaret, an pauper Christus esurirot, rectius? Et verò ut hunc regetet, non dubitavit suis laciois summâ hieme se spoliare, & mendicabulum his ditare, ipse contra frigora hâc unâ charitate satis armatus. Iam clementiæ in subditos illud sit argumentum,*

mentum, quòd ad tyrannum, quem ob scelera templo proscriserat, per maxima itinera exalceatus contendit, & ad facinorum detestationem reum supplex in genua Iudex invitavit: quin tunc etiam contumacem nihilominus captivum postea in libertatem asseruit. Quòd tamen cives Ambianenses monita eius vel negligenter, vel contemneret etiam, igneos urbi exercitus imminere vidit, interitum huius, ut D. Firminus GODEFRIDO vaticinatus est, portendentes, qui non multò post reapse delapsis cælo flammis est insecutus. Nos, ne cælo Deus ignes, oculis lacrymas rectè pluemus. *Ex S. Hieron.*

Si tam sollicitè corporalis fugitur mors, ut nemo mori velit, quantum fugi debet eterna? Si momentanea rationabiliter sunt evitanda tormenta, qua finem habent, quo animo fugienda sunt omni fine carentia? S. Laur. Iustin. c. 17. de Contemptu mundi.

MEMORIA CRUCIFIXI BERYTENS.

9. Novembris.

Nimirum facilè CHRISTO cum Carpo hodie credemus, velle illum iteratò pro nobis mori, si modò vivere nos velimus. Berytus civitas est Tyro & Sidoni contermina. In hac sub annum DCCLXV. habitare inter spinas lilia, hoc est inter Hebræos Christianos, vidissem. Et fortè Christianus ædibus suis Iudæo cessit, alioque migravit, oblitus secum ferre nobilissimam & ab omnibus retro maioribus acceptam hereditatem CHRISTI imaginem cruci suffixam, opus ab arte manu ipsius Nicodemi commendandum. Spectalles in nepotibus suis antiquos Servatoris hostes, & non jam odii simulachrum, sed ipsissimum

num veteris impietatis bellum. Iterum Christus vincula fert, & captivus triumphatur, agitur, raptatur. Iterum sputa volant, alapæ insonant, flagra crepant, spinæ se armant, clavi malleiq; intonant. Iterum fel, & felle suo acerbior lingua sævit. Denique (ô cæli patientiam!) iterum pectus ferro impio petitur; atque, ut ne aberrasse existimes, iterum fons geminus sanguinis & undæ fluit. Hic omnium morborum medicus febres pellere, lepram abstergere, claudos in pedes erigere, ipsis denique sceleris auctoribus oculos ita aperire, ut tam cæci nuper fidei tunc lumen aspicerent, miraculo hoc gratiore, quòd urbs tot jam Longinos, quot paulò antè Iudæos numeraret. *Ex actis Nicenæ Syn. II.*

Cum ponis oculos tuos, ut non respicias calum: & voluptuosis carnis tuæ motibus moveris, durioribus clavis pedes Omnipotentis transverberans illi inferis supplicium, dum momentaneâ voluptate voluntatem dominantis excludis. S. Pet. Dam. serm. 38.

S. THEOCTISTA V. 10. Novembris.

Rectius hoc die Lesbos THEOCTISTAM, quam olim Sappho suam laudat, Apage decimam Musam, quæ virgo non est. At quam scribimus, THEOCTISTA, inter virgines sacras à primis annis educata virginitatem etiam ipsa spirat, gratissimum odorem illi, cui oderatum mundus non abstulit. Et potuere THEOCTISTÆ libertatem eripere Arabes prædones, sed non pudorè proinde, ut qui numquam expugnatur, nisi ubi à proditore animo habitat. Itaque cum vivere inter latrones animorum se videret, in silvas aufugit horridas & metuendas, sed fidas semper virginis latebras

lancebras. Hic ad templi rudera castissima Sacerdos preces cælo facere, corpusculum herbis, animam cæli deliciis pascere. Tandem cum annos vixisset v. supra xxx, & veste jam defluente foliis pudorem tegeter, venatori visa est, pro monstro utique habenda, si vox & virtus non prodidissent. Textit tunc suis vestibus hic, & anno vertente cibo divino recreavit. Sed cum à venatione nudè ad illam videret, exanimem reperit, & de tam nobilibus exuviis manum sibi dexteram abstulit. Verùm cum non nisi restitutâ hâc solvere è portu potuisset, narraissetque miraculum sociis, accurrunt hi venerabundi, sed nihil quidquam præter virtutis vestigia invenerunt. Dubitarem à quibus ablatum corpus foret castissimum, nisi tumulari virginitatem ab Angelis Catharina doceret. *Ex Metaph.*

Per humilitatis custodiam servanda est munditia castitatis: si enim spiritus piè sub Deo premitur, caro illicite super spiritum non levatur: nam si auctorem suum superbiendo contemnit, jure à subjecta carne prælium suscipit. S. Greg. l. 26. Mor. c. 13.

S. MARTINVS EP. 11. Novembris.

Existimaverat MARTINVS Neophytus etiamnum, mediâ chlamyde suâ medium pauperem utcumque se texisse; sed insequenti nocte totum eâ se vestisse Christam vidit. Pont. Turo-nensis Divorum aspectu atq; ad eò familiaritate, cæli præsertim Reginae, inter Theclæ & Agnetis comitatum, jucundissimè perfruebatur. Bonorum Angelorum manu palàm adjutus, malorum fana & simulacra subruit. Quanti Sacerdotii majestatem faceret, tunc ostendit, cum eam Imperatoris

A 1 ante-

antehabuit, primumque in epulo poculum prae-
bibens non Imp. Maximo, sed Sacerdoti suo por-
rexit. Quin ipsam Imperatricem famulam ad
mensam habuit, & tum haec se basilicè vixisse pu-
tauit, cum micis, quas reliquas fecit MARTINVS,
vesci potuit. Orci praestigiatorem, qui Christum
ementitus, caetera habitu regio illi se obtulit, ita
delusum dimisit, ut diceret, alium nullum Chri-
stum se nosse, praeter crucifixum. Venienti ad se
cum Imp. Valentinianus assurgere negligeret, fa-
cere hoc assurgens è sede flamma coegit. Extre-
mum aeger in fugam iterum daemone malum
egit, uti lubens moriturus, ita ad majores labores,
si Numini placeret, porro victurus. Sed placuit
huic MARTINVM inter beatarum mentium plau-
sus cantusque ad se evocare. Conditionis tamen
suae memor, non nisi cineri incubans mori voluit.
At ex hoc cinere suus caelo Phoenix prodit. *Ex
Sulp.*

*Ecce Redemptori minimè sufficit, quod in extre-
mo judicio dicturum se perhibuit. Quod fecisti uni
de fratribus his meis minimis, mihi fecisti; nisi
ante judicium demonstraret, qua quisque nunc bo-
na opera indigentibus exhibet, ei haec specialiter im-
pendi, cuius haec amore exhibuerit. S. Greg. hom.
39.*

S. CVNIBERTVS EP. 12. Novembris.

Vtrumque CVNIBERTVS, & qui adolescens
rapere in se oculos possit. & quid amare
oculi in adolescente debeant, docebit. Nam si è
pulchro corpore gratior venit virtus, gratissima
è CVNIBERTO venerit necesse est, adolescentulo,
in quo & forma rara, & indoles elegans, & mo-
res suavissimi certamen de palmâ videntur susce-
pisse.

pisse. Mequidem iudice his omnibus imperavit
 ultima in generoso adolescente animi demissio,
 quā nobilissimus æqualium suorum flosculus ad
 infima etiam obsequia descendere non erubuit,
 neque jam aut calceos purgare, aut purgatos in-
 ducere aliis abhorruit. Talis facile regis Dago-
 berti (cujus inter ephebos agebat) oculos cepit,
 tunc præsertim, cum dormienti cælum inusitatâ
 luce advigilare perspexit. Nam post hoc ipsorum
 Superum testimonium non potuit quin castissimè
 amplexatus dulcissimeque deosculatus CYNIBER-
 TVM in filium rex adoptaret. Sed ambivit nobilio-
 rem hereditatem cæli capax animulus, mundoque
 valere jussu, Deo & aris se addixit. Ab his ad Pon-
 tificatum Coloniensem evehctus est, bonis utique a-
 ribus, quando sacrificantis caput ambire candidissi-
 ma è cælo columba visa est. Obiit cæli delictum,
 & amor civium, anno DCLXIII. & amare se vicis-
 sim hos mortuus ostendit, cum grassantem urbe ig-
 nem, & jam D. Petri basilicam expugnantem, pres-
 sit domuitque. Neque mirum hoc nobis videtur, ma-
 jores & Veneris flammæ puer jam vicit. *Ex Surio.*

*His qui ex Deo sunt, omni te obedientiâ & hu-
 militate substerno, ut qui in te Christum querunt,
 Christum inveniant, & in mansuetudine, quam
 exterius viderint, auctorem mansuetudinis in tua
 mentis folio præsidere deprehendant. S. Pet. Dam. l. 9
 c. 6. Epist. 30.*

S. MAXELLENDIS V. M. 13. Novembris.

S Vpra & sexum & ætatem MAXELLENDIS Ca-
 smeracensis virguncula sapuit, crepundia
 tata, quidquid magnum orbis oculis ostentat, & ge-
 neroso fastidio omnia terræ nauseans, uni cælo

Aa 2

atci.

arridens. Quid, quod necdum viro, sed celo tam
 men matura se lubens volens huic despondit? Ita-
 que serò nimis postea filiam in manus dare Har-
 tuino juveni nobili & prædiviti parentes constitu-
 tuerunt. Noctem enim illa pro consultatione
 cum petiisset, ei que qui optima suaderet, Tute-
 laris Angelus intervenisset, in eam denique sen-
 tentiam virgo animus ivit, ne detrimenti quid-
 quam virginitas caperet, omnia & agere & pati,
 quin vitam potius ipsam quam pactam Christo
 fidem prodigere. Nec multò post, duce pessimo
 amore, bellum movit virginitati Hartuinus, &
 cum absentibus parentibus ædes castissimas ex-
 pugnasset, proditæ ab ancillulâ MAXELLENDI, & è
 latebris protractæ, ubi florem non potuit, vitam
 abstulit. Verùm, ut videret sub quo stipendiome-
 reret, oculos eo ipso in loco amisit, nec nisi post
 tertium annum, quando ad tumbam virginis ven-
 niam sceleris rogavit, recepit, reapse id edoctus,
 quod nequaquam Poëtæ mentiantur, tyrannum
 esse Amorem & cæcum. Ex Surio.

*Hæc nostra Christianitatis summa est, ut amanti-
 bus vicissitudinem, lædentibus patientiam rependa-
 mus: qui ergo fuerit patientior ad injuriam, potenti-
 or constituetur in regno. Non enim ad imperium ca-
 lorum pervenitur superbiâ & divitiis, sed. hūilitate,
 pauperie, lenitate. S. Maxim. serm. de S. Mich.*

S. HOMOBONVS CONF. 13. Novemb.

FECIT HOMOBONVS nomini vitam respondere.
 Neque ad eò huic rei conjugium, quo impli-
 catus fuit, neque mercatura, quam exercuit, ob-
 stitit. Quin tum demum non sterilem se putavit,
 eum patrem illum miseri appellarent tum; lacrimis se

fecisse, cum iis, qui neque unde persolvant, ha-
 berent, pauperibus rem credidisset. Multum illi eam
 rem uxor negotii faceffivit. Sed huic identi-
 tem ille occinebat: neminem umquam quantum
 prodigum in egenos ad incitas redactum esse:
 his dando accipi, quam dari: tutissimum ara-
 tum esse, pauperum sinum: quod his detur, non
 mutuum sed mutuum esse: quantum dissolvere Su-
 peri differant, tantum fœnoris adcrefcere: & quæ
 merum mercatura lucrosior possit esse, quam
 immo cælum emere? Probavit hoc studium
 iumen, cum canistrum non magnum portento-
 rum panum copiam, fons etiam merum dispen-
 satori ministravit. Adhuc positum in more habuit,
 quæcubiâ nocte templum precandi causâ petere,
 sed clausum aliquoties cum reperisset, nobiles
 Atrientes Cælites aperuerunt. Ille nunquam
 vel ad magnæ MATRIS vel FILII effigiem
 genuus jacuit, pulchrâ vicissitudine, nunc ab-
 dere, nunc à vulnere ebruius. Certè ad CHRISTI
 crucem suffixi pedes in templo uitam posuit;
 cum illa Angelorum verba (*Gloria in excelsis DEO*)
 canerent. Sed ille hæc suavius cani ab
 his Angelis scivit. *Ex Surio.*

*Nihil est dignius, quam ut homo sit sui aucto-
 ritatis imitator, & secundum modum propriae facultatis
 divini sit operis executor: nam cum aluntur e-
 rientes, & vestiuntur nudi, nonne auxilium Dei
 manus explet ministri, & benignitas servi manus
 Domini?* S. Leo serm. de Quadrag.

LAVRENTIUS EP. 14. Novembris.
 Parentem LAVRENTII nostri fuisse ajunt Mau-
 ritium inter Hyberniæ proceres lacissime im-
 perantem.



Perantem. Ob id cum oculi Regi Dermicio dolerent, Mauricius fidei suae obsidem in filio, quem natu minimum & charissimum habuit, animum dedit. Et poterat suavissima pueruli indoles barbarum licet cuiusvis pectus expugnare. Vnus Dermicius rex gratulatus sibi est, quod aegre denique patri in filio posset facere. Quare innocentissimam animulam vinciri iubet, & in insulam desertam asportari, squalore & sordibus reo utique quam obsidi similiores. Subjecit ea res iustas irae faces Mauritio, ut è satellitio regio duodenos etiam ipse victos abduceret morituro filio, nisi in tempore hic redderetur, omnes uni parentaturos. Mitius proinde habitus, & in sacrorum hominum sinu educatus Abbas Glindalacensibus, tum Dublinensibus Archiepiscopus, datus, denique à Pont. ad omnem Hyberniam legatus est. Ergo omnium primò mores Canonicorum in pejus prolapsos ad Majorum regulam correxit, sui etiam severissimus censor. Nam corpus cilicio vestivit, & ter quotidie flagellari à familiari servulo voluit, carneque sibi, quoad vixit, interdixit. Interim ex egentibus numquam pauciores triginta quotidie convivias habuit, satis ipse jucundissimo hoc oculorum epulo passus. Ultimò dum pacem pacisci inter Henricum Anglorum & Deriogum Hybernorum reges laborat, ab hoc Hyberniâ proferibitur, & in Normanniâ moritur. Reperit in exilio patriam. *Ex Lippeloo.*

Multi simplices & humiles celos penetrant, nullus verò arrogans, quamvis artium liberalium polleat scientiâ, ad caeleste admittetur convivium, tanquàm gravioribus cruciabitur pœnis, quanto nequius donum Dei tractaverit. S. Laur. Iustin. de Casto connub. c. 14.

15. Novembris.

Triumpharunt tergemini Heroës isti Edesse.
 Alii multa eorum miracula, nos unum narra-
 mus. Erat Edesse matrona vidua Sophia, &
 filia Euphemia; illam virtus, hanc etiam for-
 tite gratia commendabat. Sed & miles præsidia-
 rius Gothus erat, qui oculis puellæ captus eo
 locum matrem perpulit, ut barbarum focerum
 etiam hostem mallet. Prius tamen jurare sibi
 ante ad Martyrum nostrorum tumbam conceptis
 verbis voluit, eo loco habiturum se novam nu-
 miam, quo socii thori fides juberet. Facile jurare
 illi fuit. Ergo in Italiam abducit Euphemiam,
 non dominam, ut ipsa rebatur sed servam planè,
 ut qui domi conjugem pridem habebat. Huic in-
 super forma tam liberalis in ancillâ minimè place-
 bat. Multò maximè libertus ex eâ natus displice-
 bat. Itaque dolorem vultu & imperiis vindicat,
 partum veneno tollit. At Euphemia reliquias
 hujus ab ore filioli legit, meroque miscens no-
 tæcam infantis Manibus inferias mittit. Ipsa utri-
 que parentatura, tumulo hujus à cognatis inclu-
 ditur. Sed adfuere tandem fidejussores GVRIAS,
 SAMONAS & ABIBVS, & Euphemiam somni be-
 neficio transvectam patriæ & parenti reddide-
 runt. Subinde & Gothus adest, rogatus à Sophiâ
 de filiâ & nepote, saluum utrumque & ab utro-
 que salutem nuntiat, venturis utique, si gradum
 militarem gradi vel mulier vel infans potuisset.
 Verùm perfidiæ à producta ex adytis Euphemiam
 convictus capite pœnas dedit, & occidit ecce puer
 Amor, cui ingens Mars pepercit. *Ex Metaphr.*

Quid

*Quid potest tibi mundus conferre sine IESU? Eff
sine IESU gravis est infernus; & esse cum IESU
dulcis paradysus. Qui invenit IESUM, invenit thi-
saurum bonum, imò bonum super omne bonum; &
qui perdit IESUM, perdit nimis multum; & plus
quàm totum mundum. Thom. de Kemp. l. 2.*

B. ALBERTVS MAGNVS.

16. Novembris.

ALBERTVM, quem nobis Lawinga Suevorum
dedit, MAGNVM fecit VIRGO MAGNA, in
cujus clientelam parvulus se dedit. Atque hæc ad-
spectabilis ALBERTO, monuit ad D. Dominici ca-
stra transfret. Ivit ALBERTVS; verùm quòd indo-
lem ad studia tardiozem attuliffet, penè statio-
nem suam tyro deseruit. Iam fugam paranti &
scalas admoventi cæli scala VIRGO iterum se obje-
cit, utque animos ALBERTO faceret, iussit inter
omnes & sacras & humanas scientias ejus optio-
nem facere, quæ maximè animo arxideret. Ille
continud Philosophiam expetiit. Ne tamen sibi
hanc ascriberet, repetituram se dona sua olim
VIRGO edixit. Itaque ALBERTVS ille nuper om-
nium risus, per omnium ora nunc volare, Do-
ctorque primùm Hildeshemii, tum Ratisponæ,
Lutetiæ deinde Parisiorum, Colonia Agrippinæ,
famâ nominis orbem implere. Sed omnia dixero.
si D. Thomam unicè in sanctoris doctrinæ ma-
gistrum, fuisse discipulum ALBERTI dixero, qui
infulam Ratisponensem cum primùm potuit cum
libris suis mutavit. Sed ecce tibi dum in ultimâ
senectâ orbis hoc oraculum responsa fundit, subi-
tò deficiente rerum omnium memoriâ, obticuit,
vivumque è scholâ funus discipulorum corona
domu m

domum cum lacrymis deduxit, quas ille etiam
 toties fudit, quoties aures MARIÆ nomen pulsa-
 ret. Porrò quotidie abhinc tumulum suum con-
 templari solitus, inscendit denique hunc anno
 M. CXC. Vivit tamen hodie etiam in libris suis,
 & eruditionis suæ fontes ubera VIRGINIS laudat.
 Ex Bavar. S. Raderi.

*Omnes actus nostri Christo socio debent vel recte
 compleri, ut bona ipso auctore faciamus, mala prop-
 ter ipsius contubernium declinemus. Erubescit enim
 mala facere, qui scit Christum se habere participem.
 Christus enim in bonis est, in malis noster est con-
 servator, S. Max. in Hom.*

S. EDMUNDVS EPISC. 16. Novembris.

Angelos Gregorius Angelos dixit. Certè ED-
 MUNDVS fuit. Hic nihil antiquius habuit,
 quam eos fugere, qui animorum ipsissimi larro-
 nes, Pyladen tamen mentiuntur. Et fortè prato
 solus inambalabat, cum videt formâ scirissimâ
 pusionem, capit salutem, redditque. Audit eum
 esse, qui latus suum in classe, & ubi ubi esset assi-
 duus stiparet. Mox exaratum in fronte IESV no-
 men legit, & hoc tunc iustus est contra mortem
 inopinam memoriæ semper infixum ferre. Tam
 IESV igitur amicus ausus est sponsam MARIAM
 ambire; quod ut amor facilius impetraret, annu-
 los sibi geminos fabricavit, è quorum gemmâ
 gemma altera MARIA ab Angelo salutata emica-
 bat; horum altero VIRGINIS digitum, altero
 suum coronavit. Atque ita quidem ille pulchrè
 virginitatem suam obsignavit. Ceterum cum sta-
 tas sponsæ suæ, & D. Ioanni preces percurrete
 omisisset literis absorptus, ferulam Ioannes in-
 tentavit

Aa §

tentavit

tentavit dormienti. Itaque à mediâ semper nocte
 AVRORAM MARIAM veneratus, tum demum sa-
 cra volumina ante eburneam illius imaginem le-
 ctitavit, non nescius ex hujus potissimum uberibus
 divinæ sapientiæ rivos scaturire. Archiepisc,
 Cantuariensis factus affirmavit, malle se in ignem,
 quam in noxam labi. Exul moriturus, MI JESU
 exclamavit, te testem habeo, te præter nihil un-
 quam expetisse. Hujus vulnera tunc millies est
 exosculatus, pectus præsertim saucium, in quod
 etiam vitam expiravit, nobilem ad invidiam tu-
 mulum. *Ex vitâ.*

*Si publica fama te non damnat, propria te con-
 scientia condemnat; quoniam nemo potest seipsum
 fugere. Vis nunquam esse tristis, BENE VIVIS. Bona
 vita semper gaudium habet; conscientia reorum
 semper in penam est. S. Bern. de lat. dom.*

S. GREGORIUS THAVMATVRGVS EP.
 17. Novembris.

Miracula, quæ GREGORIUS patravit, pagellâ
 hæc circumscribere, novum foret miracu-
 lum. Famam castissimi juvenis traduxerat mu-
 liercula; oblecta tamen à dæmone palinodiam
 cecinit, obsidione non nisi à GREGORIO liberata.
 Sub initia Pontificatûs magistram VIRGINEM
 MATREM, VIRGINEMQUE IOANNEM habuit, di-
 gnus his discipulus, utpote & ipse Virgo. Caco-
 dæmoni oracula loquenti silentium indixit, & falso
 proscripsit; post eadem ab exilio redeundi potesta-
 tem per literas fecit. Ut fratres duo, quos lis de
 paterno lacu disjunxerat, in amicitiam rursum
 coirent, cedere omnem inde aquam; ut fidem te-
 stam faceret, temploque edificando locum,
 mon-

montem aliò ambulare iussit. Iterùm Lyco flu-
mini exundanti moram posuit scipionem suum
qui illicò frondescens ripam umbrâ suâ vellivit.
Insequentis se sociumque hostis oculos ita pre-
cando fefellit, ut quos impius querebat, arbores
crederet. Moriturus è suis septemdecim dumtaxat
reliquit superstitioni deditos, cum sub adventum
suum non plures Christo addictos reperisset. Tu-
mulum cum aliis sibi communem esse voluit, ne,
quod vivus nunquam fecerat, mortuus proprii
quid haberet. Suspiciant alii hæc mira, ego de
GREGORIO, quod de Malachia Bernardus, dico:
inter multa magnaque miracula, maximum mira-
culum, quod fecit, ipse fuit. *Ex Gregor. Nyss.*

*Si vis utiliter aliquid scire & discere, ama nesciri,
& pro nihilo reputari. Hæc est altissima & utilissima
lectio, sui ipsius vera cognitio & despectio. De se ipso
nihil tenere; & de aliis semper bene & altè sentire
magna sapientia est.* Thom. de Kemp. lib. I.

S. GREGORIVS TVRON. EPISC.

17. Novembris.

Ille est GREGORIVS, cui nomen insula Turo-
nensis fecit. Parentes illi è primâ nobilitate,
nutrices à teneris annis Musæ fuerunt, quibus vi-
cem ille tam postea rependit, ut nesciam plûsne
ille Musis, an Musæ illi debeant. Puer vitam,
quam à patre acceperat, bis eidem reddidit, nec
sine miraculo, cum medicinam morituro nunc
nomen IESV ligno inscriptum, nunc alter Tobias
slices exta adhibuit. Ipse quoties agrotavit (&
agrotavit sapiuscule) è celo medicos, vel D. Eli-
gum vel Martinum habuit, cujus vitam rectè in
ampulorum parietibus, sed multò rectius in anima
suo

suo depinxit. Sub noctem VIRGINI sacrā, ædem hujus frequentari ab Angelis cum multo lumine vidit, & portā sponte suā referatā ipse etiam admittus est. Tam charus cælo, castigatus scilicet ab hoc non semel est. Etenim somnum dormientis in natalitiā Christi nocte Angelus alapā discussit. Tam non possunt ferre Superi Episcopum dormientem. Iam simul ac lapsus est in nescio quam gloriolæ vanæ cogitationem, equus etiam ipse lapsus sub GREGORIO reprehendit GREGORIVM. Itaque in posterum miracula, quæ plurima parabat, non sibi sed Divorum lipsanis, quæ ferebat, adscripsit. Congressus Romæ cum Gregorio Pontif. cum hic viri staturam (multum animo minor erat) tacite miraretur, non nescius arcanatum cogitationum noster, *Dominus*, dixit, *fecit nos; non ipsi nos*. Itaque maximi deinceps GREGORIVM ipse etiam magnus Gregorius fecit. *Ex Surio.*

Tres virtutes sunt, quæ pueris adolescentibus magis congruunt. Verecundia, Taciturnitas & Obedientia. Non est autem dubium, si has studuerint habere, quin possint, Christo duce, ad culmen perfectionis virtutum ascendere. S. Bern. l. de Ord. vitæ.

SS. ROMANVS ET BARVLA MM.

18. Novembris.

PARABAT anno Servatoris c c c i. Asclepiades Procos. excindere templum Christianorum Antiochiæ. Huic nimirum ROMANVS sese opposuit, & dictis suis animos fociis unicus addidit. *Nunc demum pugnandū pro Aris cogitarent. Hostem utique esse Asclepiadem patriæ qui huic DEVM ereptū arer. Pulchrum fore, ut aras defenderent, cadere ad aras litaturos. In quacumque demum partem alen caderet*

caederet pugna, victores Christianos fururos. Captus
 igitur velut spoliatus ROMANA vs, & ex equiteo sus-
 pensus, cum plumbatis, cederetur, ferreum se præ-
 buit. Quin cause optime fideus, ausus est ad te-
 neræ ætatis testimonium provocare. Audiret vel
 ex hac iudex, Deiane unum an demones tor-
 colere præstaret? Et ecce evocatus BARVLA in-
 fans penè non minùs fortiter quàm facundè pro
 DEO & ROMANO dixit, dictaque sua flagris &
 ipse concisus sanguine firmavit. Sic enim verò
 peroranti filiolo, acclamavit è turbâ mater fortis-
 sima, quin inter tormenta sitibundum objurgavit
 etiam, quòd aquam rogaret, quando Superi san-
 guinem ipsius sitirent. Inde ad supplicii locum &
 dux & bajula filii caput abscissum & sanguinem,
 dulci urnâ, sinu excepit. At ROMANVM ad ignes
 damnatum patrocinate cælo imber absolvit.
 Quin linguâ orbarus innocentiam suam tamen
 prius loqui non desit, quàm strangulatis fauci-
 bus vox intercepta est. Sed & hujus Echo cum
 plausu cælo excepta. Ex Prud. & Chrysof.

*Quid illi grave videri poterit, qui semper mente
 tractat quàm non sint condigne passionis hujus
 temporis ad futuram gloriam? quid concupiscere po-
 terit in sæculo nequam, cujus oculus semper videt
 bona Domini in terra viventium?* S. Bern, serm.
 4. de Ascens.

S. ODO ABBA S. 18. Novembris.

Officio suo fungi patres à patre Odonis di-
 scant. Vnicum & vix natum filiolum à cunis
 inter brachia in cælum sustulit. Divoque Martino
 & sacris devovit. Dixisses assensum infantem, ita
 non tam lac maternum, quàm erga Martinum
 amorem fuxit, qui scilicet cum puero deinde cre-
 vit,

vit, dum literis exultus inter Canonicos Turo-
nenses est cooptatus, Sed tunc tunc etiam vanis
poëtarum (& Virgillii præcipuè) commentis plus
quàm piis commentationibus vacaret, per sem-
inum vas vidit cumprimis elegans, sed serpenti-
bus plenum. Monuit scilicet iterum cælum, quod
ipse Maro, anguem ut juvenus caveat in herba
latentem, dum fraga legit. Noster deinceps præ-
cibus ad D. Martini noctes invigilavit: quò sapius
euntem cum ex itinere vulpes infestarent, mirum
dictu suppetias contra has lupus tulit, idem deinde
ODONIS hospes, ædiumque non ridiculus jam
custos. Sub hæc dum Lutetiæ Parisiorum amplius
literis operam navat, ab ipso Greg. Pont. noctu
calamum dono accipere visus est, quo magni
Doctoris Moralia, ut ajunt, sparsa omnibus libris
in unum corpus colligeret. Iam monachus labo-
ravit tam diu, quoad monachum etiam pater, ma-
ter velum indueret inter virgines. Abbas Gignia-
censis, mox Cluniacensis miranda & fecit & pas-
sus est, dum collapsam monasteriorum discipli-
nam erexit. Ad extremum æger Romæ impetra-
vit, ut redire in patriam liceret. Ibi denique vi-
tam posuit ubi accepit, ad D. Martini tumulum.

Ex Surio.

*Vis scire, homo, quid Deo debeas, quòd factus es, Dei
creditū est; quòd es ratiōis capax, Dei factus es; quòd
discretionem mali boni ve possides, accepisti; & quòd
vivendi normam accipere, per chirographum legit
stipulanti Deo spondisti. S. Pet. Chryl. s. 94.*

S. PATROCIVS CONF. 19. Novembris.

Genus & origo PATROCIVS humilis fuit, se-
indoles nã generosa, quæ tum se prodiit,
cum

cum rus ad oves est ablegata, fratre Antonio ad ludum literarium amandato. Etenim cum hic oblitus eodem ovo se prognatum, fratrem opilionem averfaretur Musarum pullus, tam ille succensuit silvis, ut relicto in his pane ad Apollinis castra etiam ipse transfugerit, nec multo post ostenderit, non ingenio, non studio se fratri, solo fastu cedere. Ita hodie etiam videas convitiis (veluti ventis incendia) non extingui, sed ali artes. Caterum ab Apolline transit ad sacra, ab his ad solitarium locum: & operam in erudienda juventute posuit, fuitque omne Minerval *una* DEX gloria. Inde quoque, ubi solum esse non permiserunt prodigia, in silvas aufugit, cum loci ac sacelli heredes sacras virgines instituisset. Sed & silvæ miraculis coruscatunt viri, & dæmon pulsus ex hominibus passim per urbes famam PATROCII ferebat. Pulsurus tamen vicissim statione suâ hostem veterator, cogitationem de reditu ad arbes ingressit. Hic Tutelaris Angelus conscendere secum columnam iussit, indeque totam mundi tragediam, hoc est, furta, rapinas adulteria, ac denique horum omnium epilogum interitum iussit spectare. Dedit lacrymas arbiter ludi PATROCIVS, nec placuit jam spectare, minis agere fabulam tam funestam; quin totus mundo ut exiret, ad cælum abiit. A morte pluribus cæcis oculos aperuit: utinam nobis etiam, quò nempe mundum his, quibus ille, oculis aspiceremus! *Ex Surio.*

O pravariatores, revertimini ad cor, intelligite non intelligentes, quia omnes mundi promissiones seductoria sunt, omnes blanditia venena, cuncta delectationes pocula mortalia, viaque illius sempiterna mors. S. Laur. Iustin. Lign. vit. de Fide c. 1.

S. E. L. I.

S. ELISABETHA VIDVA, 19. Novembris.

A Ge superbe, qui deficiente animo ELISABETHAM ad Servatoris Christi effigiem vides, audi etiam quæ dolor intus loquitur. Nimirum me terra pulvisculum purpura involvit, tu mi Christe, heu! nudus meam erubescis vicem. Mihi corona auro & gemmis, tibi spinis & sentibus rigit. Ego pulvinaria calco, tu locum capiti circumspicias nec, eheu? invenis. Me aula servitia vallant, te soli hostes stipant. I, purpura; rectius sanguis me Sponsi pinget. Ite gemma; nobiles sub cruce legam. Abi gravis auro corona; rosas è spinis. Tollite pulvillulos; crux, Sponsa erit lectulus. Secedito amicorum cohors; dolores me rectius ambiunt. Hæc inquam tantum apud ELISABETHAM potuere, ut jam se ipsa superbior omnem pedibus mundum subderet, totamque miserorum se servitiis addiceret. Ergo igitur extructo quàm amplissimo xenodochio, ingentis familiæ mater nongentis quotidie victum ipsa ministrare, aquam capiti pedibusque affundere, sordes abstergere, ipsa aded foetidissima ulcera nobilissimis osculis honorare. quid? quod conjuge è vivis erepto, arce pulsa omnes injurias ipsamque famem forti animo concoxit, damnatisque regibus suis pulchriora sibi ipsa è caelo nevit. Interdum apud Deum omnia potuit, & matrem exemit è piacularibus flammis, juvenem verò nuper ab impuris ignibus ardentem sanctoribus cæli amoribus tantum non emori iuit. Morienti ut alias sæpè Christus adstitit, & accipere Cælites aviculam induti. Bonis igitur avibus è vitâ abiit.

Ex Iacobo Montano.

Si desideras Deum videre sublimam, humilem
pr. 115

Nov.

20. Nov. VITAE SANCTORVM. 46.

prius IESVM videre curato: intueri prius exaltatum serpentem in deserto, si videre desideras Regem in solio residentem. Ista te humiliet visio, ut illa exaltet humiliatum: reprimat ista tumorem tuum, ut illa repleat desiderium tuum. S. Bern. serm. 1. de verb. Isaia.

S. DASIVS MART. 20. Novembris.

Id quod palam hodie, & sine larvâ dæmon facit, hoc jam olim fecit Saturnum mentitus. Voraverat hic plûs quàm inhumanâ ingluvie filios suos, & viscera sua in viscera crudeli dente congererat. Scilicet divinitatem hæc impietas meruit, cui deinceps orbis puerorum sanguine ac morte litaret. Et tenuit hic mos non unam ætatem, atque Christiana sæcula etiam infamiâ suâ aspersit. Ita Dorostorum urbs scelere, quod nec, qui alluit illam, Ister satis eluet, annis singulis ipsum inventæ florem principemque infando sacrificio immolabat. Ut verò eò pulchrius hoc adornaret, xxx. omninò dies omnibus deliciis victimam infelicem saginavit, utque splendidius periret, purpura auroque induit, sic inter visus potius quàm gemitus morituram. Atque hæc fors cum DASIVM formæ omnis compendium nominasset, invitatus scilicet ad patriâ sacra, palam detrectavit non mortem, sed causam mortis. Nam qui Saturno noluit, rectè Christo victima procubuit. Exhorrescens, scio, parentes infanda hæc facta: at quid aliud paratis, quàm orco victimam, cum filios voluptatibus frangitis, vestium luxu corrumpitis, & in patriâ conspectu indulgenti amplexu perimitis, ipsissimi & heu! inter medios Christianos, Saturni? Quàm rectius, filios Christo, cum hic parvulos ad se vocat, non negatis?

mbri.

LISA

cm vi

Nimi

t, tu

Mihi

riget.

spicis

ant, te

uis me

sue le

Tollite

cedito

Hæc

e, ut

n sub

ceret.

ochio,

icum

ndere,

nobi

uge è

inque

regis

nterè

mit è

er ab

amo

altas

s avi

abit.

milem

pr. us

retis? Ex Menais & Menolog.

Homo redi ad Deum sic amatus à Deo, & ad illius gloriam da totum te, qui se totum propter te ad suam deduxit injuriam: & voca patrem fidem, quem tanto amore tuum probas, sentis, intelligis esse genitorem. S. Pet. Chryf. serm. 70.

S. EDMUNDVS MART' 20. Novembris,

ALter EDMUNDVS rex est; altera Angliæ gloria. Hic anno DCCC. LXX. cum Iugar Danie rex, vastitate Angliæ ingenti illatâ, misisset, qui regias gazas veluti suæ jam victoriæ præmia, nã totas mallet amittere, dividere secum juberet, fortiter respondit. Nulla se latronibus stipendia numerare solitum liberam se & regem meminisse, nec aliter, cum vires starent, parvarum divitias suas quàm ferro fuisse. Nunc post lacerû regni corpus quid capiti parceret plebeio sanguine huc usque ebrîû veterius regium hausturum. Tum denique se extincto totam hereditatē adiret. Inter spolia Numinis iram, & vindictam repersurum. His in majores jam iras versus Iugar captum non regis catenis oneravit; flagris deinde servilem in modum acceptum, scopum esse militum sagittis jussit; demum caput auferri, aliter & cælo jam coronandum. Porro hoc feris in pabulum inter dumeta abjectum præclarus jam denique custos lupus tutatus est, & cum caput suâ voce se quærentibus prodidisset, etiam funus mœsto ululatu profecutus scribitur. Tyranno in lupum abeunte, lupum in hominem rediisse dixisses. Sed & caput corpori suo redditum integrumque à tabo longè post repertum ajunt; quin barbæ capitisque pilos succrescentes quotannis detonsos esse. Et dubitabimus porro virtutem

virtutem etiam post mortem vivere? Ex *Surio*.

Sicut Christi milites, deposito corporis anima que corpore, virtutum procedamus ad campum: dedimus corpori annum, demus anima dies: impendimus nobis tempora, tempus deputemus auctori, vivamus DEO aululū, qui saeculo viximus totū. S. Pet. Chryf. f. 12.

PRÆSENTATIO B. MARIÆ V.

21. Novembris.

HEUS! ad spectaculum hodiernum omnes vos
Hin orbe parentes voco, liberos omnes. Ne
 dubitate oculos adferre, cum, ut hos pascant, ef-
 fundere se cælo, & convolare Superos videam,
 videam arridesse, acclamare audiam. Ecce **TRI-**
MULA VIRGVNCVIA, Iudææ delictum, patris &
 matris amor, spes familiæ unica, unica fessæ æta-
 tis virga, hæc inquam talis ac tanta, è parentum
 sinu & brachiis non ad Venetis alicujus gynæ-
 ceum, non ad nuptias, quas cunis promittere
 amant patres, sed ad castissima vota, ad templi
 adyta deproperat, euolatque ad aram, ipsa mox
 templum, ipsa Numinis ara futura. Assentiuntur
 interea Ioachimus & Anna, & filia sibi que plau-
 dunt. Quid hinc nostras ætas! Nimirum percat
 flos virginis, ne stirps avita: intereat pudor, ne
 familia. Laerimentur Angeli, modò nepotes ri-
 deant. Si vacuum incolis cælum, modò domus
 non hereditibus. Si quid pulchrum in liberis, si
 quid ingenuum & liberale, aulæ hoc debetur
 genio, mundi servitio mancipatur & carnis am-
 plexibus. At si quid monstri nascitur illud de-
 mum, ajunt, in claustra Religiosa (desertas insulas
 cogita) exportetur. Si quid bardum, blæsum lu-
 scum, claudum, hoc hoc cellâ occultetur, silentio
 monastico

monastico corrigatur, cucullo abscondatur, togâ involvatur. Deus sibi habeat, quod nemo hominum velit. Christus domum ducat, quas thalamo omnes terræ filij excludunt. Erubescite parentes, & ruborem vestrum in speculo, in vultu Ioachimi & Annæ, hodie corrigite.

MARIAM *ô fidelis anima imitare. Castis Deo inhare amplexibus, devotionis gemitus emitte, amoris prope carmina, & ignita laudis sacrificium exolve: eris proculdubio pudicissima turtur eò speciosior, quò frequentius his amoris preludiis inharebis.* B. Laur. Iustin, in F. Pur. B. M. V.

S. COLYMBANVS CONF. 11. Novemb.

ECce sub pedibus filii triumphatam matrem, Quid oculos avertitis filii molles, si Deus arridet? Nimirum sic pugnandum est, cum mater in filium movet, non jam mater, sed hostis; cum lacrimæ classicum canunt, tela volant verba melle illita, trabales è pectore sagittæ gemitus veniunt, ferream pectus penetraturi; cum insidias ubera detegunt, & uni rota acies (mater) se opponit. Perrupit tamen COLYMBANVS, & quod Christi militi Hieronymus suavit, per calcatam matrem ad victoriam sibi iter stravit, Religioniq; opima spolia ex parente tulit. Domito cognato hoste, quid mirum si virtuti lupi cesserunt, quos inter duodenos obambulantem COLYMBANVM ovem aurei sæculi putasses: sed & ursus antrum suum cessit fortiori. Vnus Theodoricus Galliæ rex monitis piis ausus est resistere, sed suo & posteritatis suæ interitu. Hoc igitur etiam triumphato, dux COLYMBANVS eorum factus est, qui in parentes cælo auctore pugnant. His

His castra ille struxit cœnobia, & ne comœatu destituerentur, precando nunc crescere in horreis, nunc in manu annonam fecit. Ut verò in obsequio Tirones exerceat, ægros è lectulo surgere & flagellare frumentum iussit. Et verò laboris fructum sanitatem tulerunt. Mitto alia mira, sed non illud; ut subicere Christo plures animas allaboraret COLYMBANVS, Angelum illi Tutelarem in membranâ orbem (magnum virtutis stadium) ostendisse. Quid, ah! quid nos igitur agimus, quibus non jam unum, sed geminum stadium, geminum inquam orbem, Superi explicant? *Ex Ionâ.*

Novem corporis nostri solvamus à littore mundano, secularis patrie renunciemus curis, in Crucis arbore tota mentis vela tendamus, virtutum funibus, sapientia remis, gubernaculis disciplina navigij nostri muniamus incessum. S. Pet. Chrys. serm. 8.

S. CÆCILIA. V. & M. 22. Novembris.

SI quæris, quod intercentibus organis CÆCILIA carmen dederit, illud respondeo, quod unæ, quæ Agnum sequuntur, virgines sciunt modulari. Itaque quo die homini in manus danda erat, nuptialem vestem cilicio astrinxit, quo nobiliorem virginitas non habet zonam. Nocturnum sponsum Valerianum monuit, caveret pudori suo manus inferre, cuius longè fortissimum custodem è celo Angelum haberet. Hunc coram intueri cum ille percuperet, suavit impuros à superstitione oculos sanctiori prius baptismatis undâ elueret. Eluit, & voti mox compos formosissimum multrâque luce vestitum Ephebum vidit: qui ferto nobili utrumque coronavit, & precantes miro odore

odore perfudit. Et fecit hic odor post Christum currere etiam Tiburtium Valeriani germanum, amboque ita in stadio Christiano cucurrerunt, ut bravium Martyres obtinerent. CACILIA è balnearum, quas tyrannus succenderat, flammis pulchrior, tribusque in collo vulneribus velut totidem montibus ornator, cum triduum supervixisset, adeseque suos in templum vertisset. Martyrum vestigia velut paranymphorum insistens, cælum & ipsa petiit, & Agno denique nupsit minimè sterilis virgo, ut quæ moriens uno partu Christo cccc. peperit. *Ex Metaphr.*

Sunt plurima, quæ Angelis placent, & eos in nobis invenire delectat; ut est sobrietas, castitas, paupertas, voluntaria, crebri in cælum gemitus, & orationes cum lacrimis & cordis intentione. Super omnia unitatem & pacem à nobis exigunt Angeli patris. S. Bern. l. i. de S. Mich.

S. CLEMENS PAP. M. 23. Novembris.

PRODIT CLEMENS è D. Petri scholâ: virtutis primò magistri, tum insulæ etiam heres inter Pont. Max. tertius numeratur. Impietatis sub Trajano accusatus, & in exilium ultra Euxinum Pontum deportatus, munere suo nec in eâ quidem fortunâ oblitus est fungi, docuitque bis mille Christianos, quos ad latomias tyrannus damnaverat, præter saxa è terrâ patientiam eruere, ad quam verbis & exemplo erexit, & miraculis firmavit. Etenim cum aquæ dulcis penuriâ laborarent, eamque petere per VI. miliaria cogerentur, CLEMENS è proximo manate copiosam iussit, cum ipse Servator familiarem sibi Agnum indutus dextro pede & omine fontis indicium fecisset. Porro cum aquâ longè lateque miraculosa emanavit.

Et

Et jam ad trecenta miliaria faná Deorum evertebantur, undiq̃ue sanctis quingenti quotidie tingebantur; cum denique Procol. Aufidius Pontificem anchoræ illigatum in mare præcipitavit. Emicuit tamen ingens animus, & ad portum cæli enatavit. Ad preces deinde Christianorum mare cessit ad tria millia, structumque in imo à Cælitibus Martyri templum tumulumque è marmore ostendit, iterato quotannis deinceps hoc miraculo: quod auxit puer quandoque à parentibus per errorem illic relictus, annumque totum incolumis servatus. Frustrà igitur tyrannus mergete laudes CLEMENTIS mari voluit. Anchoram suam Martyr cælo fixit. *Ex Metaphr.*

Ecce beatus Clemens homo erat similis nobis, & carni sue eodem vinculo naturalis affectionis inherens; si ergo ille calicem salutaris accepit, quid nos retribuimus Domino pro omnibus, quæ retribuit nobis? eadem certe insigniuit imagine, eodem sanguine nos redemit. S. Bern. serm. de Clem.

S. TRVDO CONE. 23. Novembris.

IN Hasbaniensi agro spinas inter, hoc est, divitias patrias, educatus flosculus TRVDO suffocari tamen minime potuit, quin caput supra nubes puer tulit, eoque altius, quò profundius in se descendit. Itaque servulis suis inservire dominum TRVDONEM vidisses. Quam virtutem ut tegeret, vilissimos corpori vestiendo pannos injecit. Porro omnia etiam quæ per ludum egit, egit serio. Quare cum tumultuario opere & congestis temerè saxi facellum extruxisset, futuri operis sui hoc typum & votum voluit esse, quod reapse postea in provestâ ætate persolvit. Placuisse & operam

operam & artificem puerum, cælum ostendit, cum mulieri improbæ ædificium ludicrum disturbanti oculos eripuit: quos tamen, ubi primum facinus animo vidit & agnovit, reddidit TRUDO. Egenis tam favebat, ut suas cum illis vestes communes haberet, & ut illos indueret, se his exeret. Talis Angelo bono adhortante patriam fugit, & cælesti disciplinâ amplius erudiendus concessit ad Tungrensem Episcopum Remaclum. Profectum cælestes in vitâ radii, à morte odor & prodigia alia complura prodierunt, ex quibus illud memorabile imprimis est, quod cognatum, qui contra vota celo facta in thalamum sponsam induxit, virgâ castigavit per somnum, claudumque reddidit adulterum Amorem patri suo deiaceps Vulcano in hoc similem.

Ex Surio.

Beatus qui puri cordis oculis Deum i semper insuetur, qui que bonis ac honestis colloquiis delectatur, & a pravis ac turpibus, que bonos mores corrumpunt, abhorret; quoniam minimè fet diaboli emancipium. S. Ephrem de Vita spirit.

S. FIRMINA V. & M. 24. Novemb.

ITerum ecce terra astris nubit: iterum dos sanguis virgo, & artha cælum est: iterum Cælices sunt paranympsi. Nomen si nosse sponsæ cupis, FIRMINA est, Calphurnii Vrbi Præfecti filia, & digna tam magnâ fortunâ; quæ ut amoribus tam castis liberiùs vacaret, deseruit Urbem, & Americam habitavit. Sed ubique castitas insidias incurris; una tibi tota vita lucta est. Invidet Christo sponsam suam homo Olympius, cui Americæ præfectura tunc erat demandata, ad cœnam & nuptias invitat, renuentem thalamo includit adulter proci. Quid

Quid ageret captiva Christi nuptia? precibus pugnat; cælum miraculis. Etenim cum Olympius jam in exosa amoris vincula manus stringeret, obriguere eousque hæ, dum castitati victas daret, & Christianam fidem cum totâ familiâ (centum erant & quinquaginta) amplecteretur, cujus pulchritudinem ingens, quod è cælo affulsit, lumen attonitis ostendit. Et jam ecce primus pro castitate & fide Olympius occumbit, ex Christi rivali paranympus factus, habuitque socium tortorem non ab simili miraculo sociatum. Sic præeuntem non invita jam secuta est FIRMINA. Viam flagra stravere verberaque, & quas inter expiravit, faces lateri admotæ. Itaque has etiam rectè nuptiales fuisse dicemus. *Ex Ferrar.*

Melius est habere malorum divortium, quam consortium; quia sicut bona multa habet laudabilis vita & conversatio sanctorum, sic plurima mala societas affert malorum, quam quicumque tenuerit, continentiam nunquam tenere valebit. S. Laur. Iust. Lign. vit. c. 5.

S. MERCURIUS MART. 24. Novembris.

Avdete milites: non excludit vos cælum, si quam aliis vim etiam huic facitis. Fecit MERCURIUS, qui malè Decio primùm, sed benè post Christo militavit. Cum enim in ipsâ acie de Angeli sui Tutelaris manu gladium accepisset, quo hostium benè magnam partem trucidaverat, non moratus est sub illo deinceps mereri, qui optimum stipendium certam victoriam numeraret, quam ille etiam contra Decium reportavit. Quid enim? Superi! quatuor palis alligatus, distractusque, abstrahi tamen ad tyranni partes non potuit. Suspensum è capite saxum ipse pedes suspensus,

B b velut

velut fascem suum generosus miles portavit. Sed neque ignes horruit, & plagas pro Christo etiam averfas adversas putavit. Exilium velut missionem accepit. Caput spiculatori velut Imperatori coronandum portexit. Illud in primis memorabile, quod MERCURII operâ, etiam cum in caelo jam ageret, VIRGO MATER sit usa. Nam ajunt D. Basilium ante VIRGINIS effigiem Iuliani impietatem accusasse, hanc capitis in tyrannum sententiam dixisse, & ad id ablegasse MERCURIVM; à quo ille confossus haustum è vulnere cruorem cum hâc impiâ voce in caelum ejaculatus sit: *Vixisti Galilee: rem omnem ab absente tunc Martyris hastâ & prostridie cruentâ proditam esse. Atque hoc puto etiam Sodalibus aurem vellicabit, quæ semper MATREM audit, etiam nonnumquam eam judicem esse. Ex Baron. & Metaphr.*

Audes aperire os tuum, & in caelum juramenta atque blasphemias emittere? & non times ne forte falx ignea, quam Propheta vidit, demoretur in domo tua, & te excidat, qui sic audes aperire os adversus Deum, in quem Angeli non audent oculos conjicere? S. Ephrem paræn. 43.

S. CATHARINA VIRG. & MART.
25. Novembris:

PAlladem Christianam damus, CATHARINAM inquam, fortissimam virginem & sanctorum Musatum dignissimam Praesidem, non ægide aut hastâ mendaci, sed rotâ fractâ & lacteo gladio formosam. Ausa est hæc una ex omni Alexandria Diis sacrificantem Maximianum interpellare, stultitiæ quæ propalâam arguere, quin captiva cum quinquagenis Philosophis pro Christo in

25. Nov.

vit. Sed
to etiam
missionem
tori co-
norabile,
celo jam
t. D. Ba-
impicta-
senten-
rivi; à
crucorem
sit: Vi-
Martyris
Atque
t, quæ
nam cam

amenta
ne forti
er in de-
pevere os
est ocu-

ART.

RINAM
etiorum
ide aut
o gladio
xandria
bellare,
capiva
Christo
in

25. Nov. VITÆ SANCTORVM. 579

in arenam descendere. Et facti sunt tot viri à vir-
gine se victos, & in flammis abjecti, manus Deo,
& palmam CATHARINÆ dederunt. Illuc CATHA-
RINA etiam Imperatricem, quæ ad vincam invi-
scat, carcerique præfectum Porphyrium cum suis
promisit. Ipsa ultima cum tyranno commissa pri-
mas tamen abstulit. Nam carceris tenebras cur
non suspexisset, in quibus præsentem illi licuit
Christum aspicere? Iam verbera ac plagas facile
tulit, cum idem, ut promiserat, rubor suppedita-
ret. Negatum verò undecim ipsos dies cibum
porumque etiam contempsit, cum comneatus è
celo suppereret. Quid? ingeniosam in tormenta
rotam, velut melior fortuna calcavit. Denique
vireum (ut nobilis ævi nostri Poëta ait) credidisset,
nisi cum caput ensis abstulit, virginem lac, quod
pro sanguine fluxit, prodidisset. Meruit tanta vir-
tus ab Angelis in monte Sinâ tumulari, & è tu-
mulo hodie etiam CATHARINA oleum terris di-
vulsi; ut quod de suâ Pallade finxit antiquitas, de
nostrâ sine mendaciò possimus affirmare. Ex
Metaphr.

*Virgo Christus est, & Virginis filius, & virginem
conjugem vult habere. Tu si habes Angelicam (plus
dico vobis) Christi Matrisque sua gratiam, hila-
resce, tripudia, & in amplexus Christi gestiens, illud
monitorium clama suspirans; Osculetur me osculo
veri sui. S. Bern. in Evang. de 10. virg.*

S. CONRADVS EP. 26. Novembris.

CONRADVS insulam Constantiensem accepit
à D. Vdalrico Augustanorum Prasule. Fuit
tam uterque cœnam frugalem sanctis de Deo ser-
mocinationibus aspergerent. Et erat is dies Iovi
dicatus.

Bb 2

dicatus. jamque protracto ultra mediam noctem colloquio is expiraverat, Venerique cesserat, cum fores nuntius pulsat, admittitur, auditur, & peræfrusto ab inadvertente donatus dimittitur. Nimirum, agebat ille ad alios, hoc est, in veneris odium carnem edomare; simul carnem è sinu parabat producere, cum ecce piscem ostentat, jamque pisce suo magis mutus se ipsum damnat. Inambulabant aliàs animi causâ, & cadentes ex alto Rheini aquas arbitrabantur; cum geminas inibi animas volucrem indutas torqueri cognoverunt. Vix pro his ad aram fecerunt, & ad caelos visæ sunt evolare. Ceterum CONRADVS priusquam obiret, GEBHARDO nobili adolescenti sedem suam insidenti vates fuit, seridè id post se facturû, quod nunc per ludum faceret. Dum ad aram sacrificat, delapsus araneus in calicem se infert. quid faceret; eodem poculo & vita & mors propinabantur. Bibit tamen, & imperterritus à sacris mensæ accumbit, Ibi omnibus admirantibus ex ore araneus innoxius exit, meritò pedem efferre iussus à mensâ, quem invocatus intulerat. *Ex Membran. Ecel. Const.*

Opera misericordiae, affectus charitatis, sanctitas pietatis, incorruptio castitatis, modestia sobrietatis semper tenenda sunt; siue cum in publico sumus, siue cum in domo, siue ante homines, siue in cubiculis, siue loquentes, siue tacentes; siue aliquid agentes, siue vacantes. S. August.

B. SILVESTER CONF. 16. Novembrii.

Oculos & aures advertite omnes Veneris columbi, & quam vox in aliis, in vobis alii depereunt faciem, in aliqnâ cum SILVESTRO contemplamini.

6. Nov. *implamini.* Auximi natus in Piceno vive-
 at, inò moriebatur SILVESTER, formarum ele-
 antium idem amor atque amator. Fortè sepul-
 trum vespillones aperuerunt, adolescentis no-
 & perne
 Nimi-
 odium
 parabat
 jamque
 nambu-
 to Rhe-
 ubi ani-
 overunt.
 los visæ
 iusquam
 em suam
 i, quod
 erificat,
 id face-
 inaban-
 mensæ
 ore ara-
 ce iustus
 embran.
 sanctitas
 brietatis
 mu, si ve
 biculos
 agentis
 vembra
 eris co-
 s alii de-
 ro con-
 templa-

at, inò moriebatur SILVESTER, formarum ele-
 antium idem amor atque amator. Fortè sepul-
 trum vespillones aperuerunt, adolescentis no-
 & perne
 Nimi-
 odium
 parabat
 jamque
 nambu-
 to Rhe-
 ubi ani-
 overunt.
 los visæ
 iusquam
 em suam
 i, quod
 erificat,
 id face-
 inaban-
 mensæ
 ore ara-
 ce iustus
 embran.
 sanctitas
 brietatis
 mu, si ve
 biculos
 agentis
 vembra
 eris co-
 s alii de-
 ro con-
 templa-

at, inò moriebatur SILVESTER, formarum ele-
 antium idem amor atque amator. Fortè sepul-
 trum vespillones aperuerunt, adolescentis no-
 & perne
 Nimi-
 odium
 parabat
 jamque
 nambu-
 to Rhe-
 ubi ani-
 overunt.
 los visæ
 iusquam
 em suam
 i, quod
 erificat,
 id face-
 inaban-
 mensæ
 ore ara-
 ce iustus
 embran.
 sanctitas
 brietatis
 mu, si ve
 biculos
 agentis
 vembra
 eris co-
 s alii de-
 ro con-
 templa-

at, inò moriebatur SILVESTER, formarum ele-
 antium idem amor atque amator. Fortè sepul-
 trum vespillones aperuerunt, adolescentis no-
 & perne
 Nimi-
 odium
 parabat
 jamque
 nambu-
 to Rhe-
 ubi ani-
 overunt.
 los visæ
 iusquam
 em suam
 i, quod
 erificat,
 id face-
 inaban-
 mensæ
 ore ara-
 ce iustus
 embran.
 sanctitas
 brietatis
 mu, si ve
 biculos
 agentis
 vembra
 eris co-
 s alii de-
 ro con-
 templa-

at, inò moriebatur SILVESTER, formarum ele-
 antium idem amor atque amator. Fortè sepul-
 trum vespillones aperuerunt, adolescentis no-
 & perne
 Nimi-
 odium
 parabat
 jamque
 nambu-
 to Rhe-
 ubi ani-
 overunt.
 los visæ
 iusquam
 em suam
 i, quod
 erificat,
 id face-
 inaban-
 mensæ
 ore ara-
 ce iustus
 embran.
 sanctitas
 brietatis
 mu, si ve
 biculos
 agentis
 vembra
 eris co-
 s alii de-
 ro con-
 templa-

at, inò moriebatur SILVESTER, formarum ele-
 antium idem amor atque amator. Fortè sepul-
 trum vespillones aperuerunt, adolescentis no-
 & perne
 Nimi-
 odium
 parabat
 jamque
 nambu-
 to Rhe-
 ubi ani-
 overunt.
 los visæ
 iusquam
 em suam
 i, quod
 erificat,
 id face-
 inaban-
 mensæ
 ore ara-
 ce iustus
 embran.
 sanctitas
 brietatis
 mu, si ve
 biculos
 agentis
 vembra
 eris co-
 s alii de-
 ro con-
 templa-

S. IA-

Bb 3

S. IACOBVS INTERCISVS M.
27. Novembris.

IACOBVS inter proceres Persarum facilè prin-
ceps, regi que Isdegerdi unicè charus, ut huic
fidem suam probaret, Christo datam abjuravit,
communi aulicorum vitio abreptus, qui hodie
etiam quosvis mores in rege DEOS putant, & DEOS
adorant. At mater conjunxque IACOBI, nobilis
utraque & Christiana matrona, non ferendum faci-
nus ratæ, literas dignas se ad eundem scripserunt.
In his & sinu mater & thalamo conjunx proscri-
bebant. Neque enim mater agnoscere ajebat se fi-
lium præter eum, qui suo in vultu patris matrisque
vultum, hoc est, Christianum, ostenderet. Vbera
sua si bibisset, spiraturum, quam cum lacte instil-
lasset pietatem. Scire cælo se filium genuisse, non
terra, qui Superis bellum indiceret. Abortum
proinde esse, quem nunc Iacobum dicerent,
ideoque abjicere hunc sese. At conjunx desperare
se de thori socio scribebat, qui ipsam fidem adul-
terasset; nimirum qui hanc frangere immortalis
Deo non dubitasset, mortali servaturum; san-
ctamque castitatem habiturum, qui Numina Ven-
nerem adulteram, qui vagum Amorem coleret? Qui
igitur & filium & conjugem exuisset, nomina quo-
que tam splendida poneret, nec alius dici quam
esse velle. Habuere momentum literæ, amore
dictante & lacrymis suggerentibus atramentum
scriptæ, recepit meliorem mentem IACOBVS,
palamque Christianum iterum se confessus, no-
vem horarum carnificina, manuum primò pedum-
que articulis, tum brachijs surisque, ultimò ca-
pite truncatus atrum factum superum omni san-
guine

guine obliteravit.. Ex Niceph.

Dignus planè est morte, qui tibi Domine IESV
*meus est vivere, & mortuus est: & qui tibi non
 cepit, desipit & qui curat esse nisi propter te, pro
 ubilo est, & nihil est: denique quid est homo, nisi
 in immortali ei.* S. Bern. serm. 20. in Cant.

SS. BARLAAM & IOSAPHAT CC.

27. Novembris.

E Tiam Indis pulchram olim fuit juvenis,
 Princeps hujus memoratur IOSAPHATVS re-
 gis Abenneris filius, voluptatibus ab ipis cuna-
 lis innutritus, & ne, quid miseria humana esset,
 vel nosse posset, procul ab oculis aliorum, inter
 omnes illecebras educatus. In tam blando carcere
 gentem adiit BARLAAMVS Eremita incola gem-
 marum mangonem præferens. Certè nobilissi-
 mam illi gemmam fidem vendidit. Mox cum
 deambulatum produxisset cupidum, in homine
 mendicò, tum leproso, in decrepito de-
 que sene ad eum diem numquam visis, mundi
 cultum & ementitum colorem, velut in minimè
 mendaci speculo ostendit. Laborabat itaque nec-
 quidquam parens, vel ad Deos filium, vel ad vo-
 cuprates iterum abducere. Frustra absente BAR-
 LAAMO nescio quis impostor, qui vultum hujus
 quàm simillimè referebat, alia velle docere ag-
 gressus est; cum ita Numine volente palàm pro
 Christo loqui lingua subdola cogeretur. Frustra
 & Theodas magus ab orco auxilia evocavit, &
 regia puella blandicias admovit, cum IOSAPHA-
 TUS, ostensis ab Angelo celitum & inferorum se-
 ditibus, pluris orci pœnas, quàm minas, pluris cali-
 gaudia, quàm carnis fallacias faceret; tandem in

B b 4

melio.

meliorem sententiam cum patrem etiam abduxisset, hoc mortuo, regnum alteri cessit, & quam inter homines minus poterat, inter feras angelicam vitam, annos v. supra xxx. vixit. Accepit tamen tumulum cum magistro suo in regia urbe, cui tunc primum mortuus videbatur, cum ille jam olim fuisset. *Ex Ioan. Damasceno.*

Salutem tuam medicus quarit, qui errantem ovem convertit, qui ad malos & bonos vocandos ad bivium misit. Ecce & nunc tibi vendit regnum calorum: si non habes obulum, unde emas, eme gemitu: fragmento panis calorum regnum tibi retribuitur, S. Chrys. hom. 22, ad pop. Antioch.

S. STEPHANVS MART. 18. Novembris.

STEPHANO huic tempora cognomen Iunioris fecerunt. Natus est post votum VIRGINIS imaginis, quae Blachernis colebatur, à matre factum. Monachus non tamen Reipublicae non profuit. Pugnavit è latebris suis fortissimè in communem Divorum hostem Copronymum; tum praecipuè cum in templum Blachernense (cunas STEPHANI) debacchatus barbarus furor est. Tunc, inquam STEPHANVS pro Matre & DEI & suam pugnaturus prodiit, & producto in conspectu tyranni nummo, qui imaginem ejus praese ferebat, ostendit facile augustissimas etiam DEI Divorumque imagines honore debito colendas esse. Igitur insidiis appetitus, & impuritatis à mulierculam mendaci accusatus, è speluncam suam ad tribunal, inde in exilium abducitur. Ibi quoque cum imaginum cultum multis miraculis tueretur, vincis à tergo manibus in publicos carceres reducitur, sex panis uncias & tres scyphos in hebdomades singulas

las matronā Christianā subministrante. Quod tamen cæli Saturnalia instare sibi certus esset, hæc etiam vitæ fomenta xl. ante mortem diebus respuit, & cum icones Divorum (tota illi hereditas erant) matronæ illi, de quâ diximus, donasset, obviis hostibus ivit, & post multa ludibria raptatus per urbem, calcibusque passim insultantium pulsatus, tigno denique cæsus oppetiit. Parricidæ carnifex dæmon fuit. Mulierculam lactentes gemini infantes in lecto lacerarunt, ipsi etiam scelere immerui. Nec verò aliter decebat aut patere aut mori viperam. Ex Sur. tom. 7.

Immensus est Deus & infinitus in justitiâ, sicut & in misericordiâ; multus ad ignoscendum, multus ad ulciscendum. Sed misericordia sibi priora vendicat, ut, si voluerimus, districtio non inveniatur in quem se viat. S. Bern. serm. 1. de Epiph.

S. R A D B O D V S E P. 29. Novembris.

Vitas Divorum R A D B O D V S speculum suum dicere est solitus. In hoc dum oculos suos defixit, alterum nobis speculum vitam ecce suam dedit. Pietatem in Caroli & Ludovici Imperatorum aulâ edoctus est, ipsissimâ virtutis tunc scholâ. Hæc clienti suo infulam Trajectensem peperit, dignissimo omnium calculis, præterquam suo. Submittere tamen eandem ad pauperum pedes, quos quotidie abluebat, non dubitavit, utque oculos & suos & aliorum falleret, ex auro quidem bibit, sed aquam; quam cum libare vellet non nemo, in merum vertit R A D B O D V S; itaque cavet ne pessimus pocillator gloriola venenum suum virtuti affunderet. Iam Danos, cum dicenti ad concionem obstreperent, diis devovit, quas

B b 5

illico

illico senserunt peste abrepti. Demum mortem sibi, alteri insulam suam vaticinatus, inter preces, quibus ferè vitam duxit, absolvit vitam, in opem præcipuè D. Martinum vocans, qui morienti adfuisse non vanis argumentis creditur. Illud indubium, ad decumbentem virginum. Reginam SS. hinc Theclâ, illinc Agnere stipatam venisse, eam ob causam, uti ipsa agebat, quòd in precibus suis RADBODVS numquam non memor VIRGINIS fuisset. Et verò qui matris oblivisci filius posset, terrè oblivisci filiorum mater hæc non potest. Ex *Surio.*

Iustitia per se sibi abundat ad gloriam: spectaculum populi, vulgi laudes, favores hominum, mundi gloriam non requirit: à Deo genita calum spectat, in oculis agit divinis, supernis virtutibus mixta, semper à Deo solo, ut glorificetur, expectat. S. Petr. Chryl. serm. 9.

S. ANDREAS AP 30. Novembri.

ANDREAM, quo D. Petrus germano gaudebat, tradunt omnium primum Christi scholæ nomen dedisse; arcanorum magistri inter paucos omnium conscium, quam hauserat doctrinam, ab ejus morte Scythiæ primò, mox Epiro & Thraciæ, tum Achaiæ etiam intulisse; hinc contra Procol. Ægeam, crucis acerrimum inimicum, fortiter rem gessisse; ab hoc ad impia sacrificia invitatum id respondisse: nobilius sibi sacrificium, idque quotidianum esse & ineruentum; Agnum illum omnis maculæ expetrem, & qui, postquam ejus carne sanguineque omnes Christiani vixissent, non minùs tamen etiam ipse integer viveret; sub hæc in vincula conjectum esse, eximendum facile, nisi manus ipse Christianis, precibus suis, *vinxit-*

vinxisset; Protractum inde, ne supra magistrum primus etiam discipulus esset, virgis cæsum, ad crucem raptatum esse: hanc procul conspectam amicissimè salutasse, ad hanc velut ad exoptatam vitæ metam properasse, hanc velut expetitum senio suo scipionem amplexatum esse, velut nobilissimum suggestum cupidissimè conscendisse, ab eâ duos dies totidemque noctes ab ejus ore hominum millia xx. pependisse; quorum accursu cum teritus Procol. detrahere eum de cruce cogitaret, ANDREAM, id ne fieret, magnopere Deum esse precatum, ac proinde inter multum, qui precantem cinxerat, splendorem, è cruce ad cælum, Ægeam verò à malo dæmone, obtorto collo, ad pessimam crucem in orbem abiisse: ex tumulo denique ejus oleum stillasse, & hoc uno dolore suum Christianos leniisse. *Ex Baron.*

Felix anima, quæ in cruce gloriatur & triumphat: tantum ut perseveret in eâ, & nullis valeat tentationibus desici. Oret igitur quisquis in cruce est, cum B. Andream Dominum & magistrum suum, ne patiatur eum de cruce deponi. S. Bern. serm. 2. de S. Andr.

S. IOSCIOCONE. 30 Novembris.

VT nullo non tempore suam VIRGINI nescere corollam possis, Mariane, ecce tibi rofas in hieme etiam suggerimus. Cape sis, & horum ex quo illæ veniunt, nobiscum mirare. Vixit anno post partum virgineum M. C. LXIII, apud Audomarense IOSCIVS monachus, & MARIA unus amator. Amoris alia argumenta taceo, unum prodo, quod priùs cælum prodidit. Igitur, ut nunquam animo dulce illud nomen MARIA excideret, quinque quotidie sibi dicendos Psalmos delegit,

delegit, quibus initium optimi omissis literæ ex eodem sacrosancto nomine dederunt, *Magnificat. Ad Dominum cum tribularer. Retribue seruo tuo. In convertendo. Ad te levavi.* Quoties igitur hos decurrebat, **MARIAM** oculi legebant, aures bibe- bant, lingua sonabat, cor suspirabat. Et vide sis quam hoc studium **MARIA** probaverit. Moritur **Ioscius** in pervigilio S. **Andree**, & ecce geminæ & purpurâ tinctæ rosæ ex oculis, toridem ex au- ribus, ex ore denique una pullulat, singulæque literas suas, omnes **MARIA** nomen loquuntur. Et quaternæ quidem ad primum tactum & ipsæ mortuæ cum corpore sunt tumularæ. At illa, quam ex ore prodiisse diximus, quamque de- ceptam Episcopus crystallo inclusit, vivit hodie etiam, credo ut germen esset, ex quo similes ro- sas daret Mariana posteritas. *Ex Molano.*

Filium honoremus in matre, & matrē veneremur in filio; utriusque vota nostra fideliter exolvamus: quatenus genitricis filium pro nobis interpellāte, vin- camus mundum, diabolum superemus, tentationibus veniamur, consequamur gratiam, adipiscamur co- zenam. S. Laur. Iustin. serm. de Nat. B. V.

DE

S. E

Q
rienti
quend